

fructum sui; ne quid reliquum esset in Caelo, quod saluti nostrae non impenderit, nobis etiam mittit Angelos suos, et quae precipiat, ut nostri sint duces, atque doctores. Singulari honore, & dilectione illum prosequere, quem Deus tibi donavit: Semper tibi prope est ut te deducat, atque custodiat. Ille bonas cogitationes immittit; in maximi momenti negotiis tibi assistit; in tentationibus fert opem, subsidiumque. Avertit a te mala plurima, quae ingruerent, siue animae, siue corpori, & bonae tibi officia praestare pergit, quo magis illius opem reperis. Quid huic duci, & patrono non debes? Igitur Angelum tuum venerare, & ubi tentatus fueris, ut pecces, memento praesentiae illius; pudeat te facere coram illo, quod coram homine probro facere non auderes: illum singulari amore complectere, temet illi quotidie commenda; precare, ut te regat, & invigilet saluti tuae; ut ab omnibus vitae huius malis, potissimum vero a peccato, quod malorum omnium maximum est, prohibeat. *Gubnet in Institutione Adolescentiae.*

Quibus in
occasione
bus in-
vocat
Angelum
Custodem
aut
auxilium.

Neque praetermissis confugere ad Angelum tuum in omnibus necessitatibus tuis, duas vero potissimum in occasionibus; quarum prima est, cum deliberas, & aliquid magni momenti faciendum aggredieris, in quo consilio indiges, & praesidio. Ora Angelum tuum, ut te in hoc negotio deducat, ita ut illud nequaquam aggrediaris, nisi fuerit secundum voluntatem Dei, & pro Dei quidem gloria, tua vero salute, & nisi tibi adstiterit, ut omnia feliciter cedant. Haec ratio validissima est, ut tibi omnia feliciter veriant. Altera autem occasio est, cum aliqua te invadat tentatio, & in periculo peccandi veriseris. Ubi videris, S. Bernardus ait, magnam quamquam tentationem imminere, vel magnam accedere tribulationem, invoca Custodem tuum, doctorem tuum, illum qui opportune adiutor est in necessitatibus tuis. Hoc remedium praesentissimum est in omnibus tentationibus, vis vero potissimum, quae castitati adversantur. Angeli virtutem hanc in deliciis habent, ejusque patronos se exhibent, quia hac efficit homines similes illis, atque imitatores vitae eorum profus purae, atque celestis in terram. Unde fiet, ut mirum esse non debeat, S. Ambrosius inquit, si Angeli protegant animas castas in terris Angelicam vitam ducentes. *Gubnet ibidem.*

Angeli sunt
mediatores
erga Deum.

Hi caelestis Aulae Principes adeo excelsi, sapientes, atque potentes, sunt Mediatores nostri, atque Internuntii apud Dei Majestatem ad procuranda salutis nostrae negotia; & ex hac ipsa praesentia, & adspectu Dei, qui eorum gloriam, summumque bonum constituunt, hauriunt rationes ardentis huius caritatis erga nos, perinde ac si felicitas eorum non esset nisi propter nos, & omnes illorum praerogativae co-tenderent, ut ipsi aptiores, & promptiores ad nobis opem ferendam efficerent. Primum, quia hic aspectus, qui hunc amoris ignem succendit, quo flagrant pro hoc obiecto divini, efficit, ut illius ardor resiliat in nos. Cum enim videant incessanter faciem ejus, & in ejus corde legant immensam caritatem, quae complectitur homines; amant, quod vident ab ipso amari; quae cupere pro gloria ejus absumi, videntes nos esse praecipuum huius amoris obiectum, nihil vehementius cupiunt quam nobis opem ferre, & eam, quam possident, felicitatem nobis communicare. Itaque, Auditores, si ex me quaesieris, quid illos excitet ad nos tanto cum zelo adjuvandos, tantamque erga nos testandam caritatem, hanc unam afferam causam; quia semper vident faciem Patris mei, qui in Caelis est; (Matth. 18.) Igitur Dei faciem intuentur; temper adstant coram illo: vident motus cordis ejus, & infinitam ejus erga nos caritatem. Divini huius amoris omnes dimensiones accipiunt, secundum quas suum componunt. S. Paulus profecto efficere conabatur, ut illum ex effectibus intelligeremus; Ut passis comprehendere, quae sit latitudo, longitudo, subtilitas, & profundum. (ad Eph. 3.) Sed sublimis isti Spiritum illum vident in ipso Deo illustrati lumine gloriae ipsius. Illius comprehendunt altitudinem, & profunditatem, cum vident hunc Deum Majestatis dignari obtutu suo creaturas adeo miseras, quales sunt homines. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Angelorum
felicitas
in ope
ferenda
necessitas
nostris.

Tantum abest, quod sublimis itae Mentes se humiliari arbitrentur iis officiis, quae nobis praestant, ut gloriosissimum sibi putent obsequii imperis Dei, & amplissimum tibi munus, demandatum gloriantur, se se devotentes, ut ita dicam, omnibus eorum necessitatibus, quorum Summus rerum Moderator eorum illis demandavit. Vident huius ipsius caritatis longitudinem, considerantes, se ab aeterno eadem inflammati fuisse, & primum cordis sui motum fuisse, illos associare velle propriae felicitati; & hoc intuitu perennare cupere zelum suum, suumque Ministerium. Quapropter ab ipso primo vitae nostrae momento initium faciunt, atque indefesso labore producant ad extremum usque vitae nostrae Spiritum, si pluribus saeculis, totaque aeternitate viveremus in terris nunquam cessarent suam in nos praese ferre Caritatem; illam quippe secundum longitudinem divinae metantur. Eisdem denique latitudinem, atque extensionem, nullis circumscriptum terminis vident, quia nihil ille ad salutem nostram praetermisit, & arbitratus est, omnes labores, omnesque passionis suas, vitam, & sanguinem recte impensas fuisse pro causa hac; & hac divina caritatis immensitas tribuit tantam extensionem caritati erga nos horum beatorum Spirituum,

ut illos quidquid aggredi, ac suscipere cogat. Hoc nobis testatur S. Augustinus loquens de Angelo Custode: *Grandis est cura de nobis, & magnus dilectionis affectus erga nos, & hoc totum propter bonitatem tuam insuperabili caritate, qua diligis nos. Illorum cura par est amoris, sed amor hic magnus est, & ardens per reflectionem igitur huius Caritatis, qua Deus nos prosecutus est. Diligunt, quos tu diligis, sequitur ille, custodiant, quos tu custodis. Nos amant, quia amamus a te, Deus meus! & amor, quo nos complectuntur, accenditur in hac fornace caritatis, quae in te erga homines est succensa. Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Quae nostra felicitas est, auditores, cum apud Supremum Universorum Regem, ac Dominum, Principem habeamus caelestis aulae, qui simul gerit qualitatem Internuntii nostri, nostrique tutoris, atque Curatoris? Qui constanti amore nos diligit; qui, ut me expediam verbo, sua putat interesse, nostram felicitatem procurare: ita ut si fieri posset unquam, ut hic Deus Bonitatis oblivisceretur amoris, & curae suae erga nos, hic Internuntius incessanter illi repraesentaret, quanti steterit illi hac anima, quam adeo dilexit: cumque hic Patronus nostri sincere nos diligit, nobis apud Deum summa cum fidelitate optulatur, id unum cogitans, quia ratione nos, in ejus gratiam magis, magisque promoveat. Demones, Apostatae isti Angeli tantum inde concipiunt iridiam, atque indignationem, ut ad rabiem usque ac desperationem procedant: sed fideles isti Spiritus obsequuntur intentioni Domini sui per affectum purissimum, atque ardentissimum, qui fingi valeat; etenim cum oriatur ex Dei corde non alium habere potest finem, quam ferendi nos ad Deum, tamquam fontem nostrae communis felicitatis. *Auctor ibidem.*

Sanctorum Angelorum potestas, atque gratia, tota semper, & iugiter nobis impenditur, ut nostris necessitatibus consulant. Sunt enim Angeli nostri apud Deum; & sciunt, se eo majorem gloriam consequuturos, quo melius credito sibi munere persurgunt. Quid ergo nobis ab eorum supplicis sperandum non est? Quenam validior intercessio? Quod medium validius ad impetrandum aliquam a Deo gratiam, si hac uti non verimus occasione? Si Legatus, qui residet in aula Principis alieni, flagitare consuevit, ut sibi aditus pateat ad Regem, ut de creditis sibi negotiis sermonem instituat; & si omnes industriae suae nervos intendit, ut exitum felicem consequatur: nos agimus cum Deo per Angelum in illius Aulae permanentem, per quem de magnis profecto negotiis tractamus. Non enim de temporali quapiam re agimus, sed de Regni ipsius hereditate, nec non de absolutissima perfruitione aeternitatis. Quot lites discutende sunt super hac hereditate? Quot nobis obstant inimici? Quot conditiones nobis Deus ipse proponit? Quot ipsi pacis conditiones proponimus? Cui nam tutius negotia hac nostra demandare possumus, quam huic Internuntio, & Curatori nostro, cujus tanta est cognitio, fidelitas, zelus, atque potentia? Quoties sedes inter animam nostram, Deumque potestatem, tractum est? Quis melius utriusque negotia procurare potest Ministri hoc consiliosissimo, & utrumque partium amicissimo? Hic mulcet Deum sceleribus nostris irritatum; hic nostram causam infirmam; hic repraesentat inimicorum nostrorum laqueos, & insidias, & quicquid digne indignationis violentiam imminuere potest, & flectere. *Ibidem.*

Angelis satis non est nostra servare bona, sed illa ponunt in lucro, quod fieri potest, nihilque intentatum relinquunt, ut quam expectamus hereditatem ampliores reddant, & loquutionem, quatenus, ubi nostras Deo actiones praestant, novas referre gratias, & per consensum nostrum efficere, ut validiores, gravioresque mereamur; neque enim quidquam illis antiquius est, quam aliquid semper adiacere bonorum operum, meritumque nostrorum thesauro. Ah! si illorum curis obsequeremur, vigilantiae, atque intentionibus, quas in Caelo divinitus, quos gloriosos thesauros, ut loquitur S. Paulus, aliquando possideremus? Quae divinitus gloria hereditas est in Sanctis? (ad Eph. 1.) Tunc dicemus, quod junior Tobias dicebat Patri loquens de Angelis, qui illius curam susceperat, quia illum cognosceret: *Boni omnibus per quem repleti sumus.* Sed quam metuendum omnia, ne consiliis ejusdem minime obtemperantes amittamus omnia? Dispicias quaecumque tanta cura ille tibi acquirit, & uno temporis momento, unoque crimine obligis omnem meritum acervum, quem hic fundus tibi in manibus ejus produxit; idcirco agere, & gravate fert a te dispersi thesaurum illum, quae sequetur exit, atque cultus. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Statim ac aliquis in lucem prodit suum curriculum ingreditur, in ipso primo aditu invenit, quod olim Junior Tobias, qui longum iter suscipere meditabatur: *Invenit suum venem flantem praecellum.* Quasi paratum ad ambulandum. Nactus est, Sacer textus inquit, Angelum sub imagine adolescentis ad iter ingrediendum praecincti. Invenit necessitudinem, ac societatem; viam eandem capessent; alter dux est, alter ducem sequitur; sed heu? Itane ipsi nos, ut ille, fidelem hunc ducem sequimur? Nobis hac iter ingrediendum indigat, non alio tendimus. Quoties cum in lustra pergis, ac lupanaria, quoties cum pravis sodales sectaris, ac caeco ruis in temet periculi occasiones;

quo-

Felices
sunt
habentes
Angelos
qui apud
Deum
negotia
nostra
procurant.

Quae ex
salutaribus
Angelis
confidit
illis non
prosumus.

Auxilium
quod a
Sanctis
Angelis
recipimus.

Omnia
nab
bis ab
Angelis
solum
subsidio
speranda
sunt, quia
quodcumque
tantum ge-
runt salutis
nostrae co-
tam.

Angeli in
lucro po-
nunt
nostra
bona.

Exemplum
junioris To-
biae in crea-
tura omni-
bus invenit.

quoties inquam tibi intrinsecus ea tibi repetit verba, quae alius olim dixit Angelus ad Balaam: *Perversa est via tua, omnique contraria.* (Num. 22.) Hac iter est ad interitum; hac via certissime ducit in aeternum exitum: tu nihilo fecius praetergredieris, neque institutum iter relinquis. *Ibidem.*

Si salutaria consilia, quae tibi nonnunquam bonus suggerit Angelus, cum prope est ut pecces, non gignant in te impressionem, quam capis: tunc, ut ita dicam, te manu arreptum educit eo periculo, & occasione; non secus ac eorum quidam arripuit Loth de Sodoma, ut in tutum transferret. Quoties cum aberras in via iniquitatis, & recedis a Deo recedens ab officio, fidelis hic Custos te increpuit, & revocavit? *Revertere in Domum tuam; (Gen. 18.)* tu vero clamoribus ejus aures tuas obstruxisti: cum semper in viam perditionis te procedentem non ideo dereliquit, sed tibi ob oculos statuit malum in quod temet implicabas; cave, siste in gradum, in interitum rursus: nihil interek, ut ipse reddidisti, co festinas, quo te rapiebat exempli vis, quo te pravae focietates traherant, & quo te tuum studium ferebat. Mirum fane! Mentes hac circumagere Calos, & Astra; regere motus, atque periodos magnorum illorum corporum, sine labore, & difficultate: ab hominibus vero inutiles fieri omnes motus, & omnes impressiones illorum, & his placere magis suae parere libidini, & cupiditati, quam beatorum horum Spirituum consiliis? *Ibidem.*

Cum in via, quae ducit in Caelum plurima occurrant pericula, ac iugiter in salutis discrimine versetur: Angeli in singula momenta adstant nobis opem lauri: *Ut custodiant te in omnibus viis tuis. (Psalm. 90.)* In lubrico, in occasione periculose plenae aetate, in discriminiibus manifestis siue animae, siue corporis; in omnibus viis tuis. Sz-

pe fecus oram abyssi obdormimus, & si paullisper procedimus, jam de nobis actum est, & tunc a sopore excitatur per Angelum, non secus ac Petrus in carcere positus: *Surge velociter.* Adolescents, qui ingressus es in hoc commercium, & periculofam hanc necessitudinem: Angelus vigilat, dum stertis adhuc in summa negligentia, atque in integra salutis tuae oblivione. Ille tibi in auriculam clamat: *Surge velociter.* Experi scire, ex hac egredere domo; transge vincula, quibus arde teneris: fuge ocyus malum, ex quo non nisi per celerem fugam tibi meti proficere vales. Modo nos interiori praesentia monet qui unde proficitur ignoramus, & quid sibi velit, nos latet. Verum si nosmet contulissimus in eum locum, quo confuevimus; si interfussemus illi societati, cui nos interesse decreveramus, de nobis jam erat actum: Nescimus, quidnam hac deflexerit a capite nostro tantam calamitatem: Sed illam a nobis avertit Custos ille Fidelis, qui nos in omnibus viis nostris custodit; *In omnibus viis tuis. Ibidem.*

Sanctus Bernardus ait, Angeli nostri custodiam tria nobis inspirare debere: reverentiam, amorem, confidentiam. Reverentiam propter praesentiam; amorem, vel devotionem propter benevolentiam; confidentiam propter curam, quam nostri gerit; Igitur Angelum tuum reverere, & cum tentatus fueris ut pecces, memento praesentiae illius; pudeat te facere coram illo, quod coram viro bono facere non auderes. Illum singulari amore prosequere, temet in singulos dies illi commenda; illum etiam, quae etiam precare, ut tibi consulat, ut a te omnia vitae huius avertat mala; peccatum vero praesertim, quod malum est malorum. Memento ad illum confugere in necessitatibus tuis, praecipue vero dupli in occasione praeter ceteris. Prima est cum deliberas & ut supra. *Gubnet pagina 43. paulo post principium.*

Angeli
Custodi
tria
debemus.

DE RELIQUIIS SANCTORUM, EARUMQUE CULTU. M O N I T U M.

Ure Propheta Regius affirmat, Deum esse mirabilem in Sanctis suis; nihil enim aptius est ad ciendam admirationem nostram ex eorum, quam divina sibi sumit Providentia, ut Sancti sui cum in Caelo, tum in terris colantur. Admirabilis est cum glorificat animas eorum in Caelo, & erit admirabilis, cum de sepulcro educet corpora eorum per gloriosam Resurrectionem, & reformabit illa secundum prototypum Salvatoris. Cum venerit glorificari in Sanctis suis, & admirabilis fieri in iis, qui crediderunt. (2. Thess. 2.) Verum audeo dicere non minus nostras mereri admirationes, cum per Ecclesiae suae curas efficit, ut colamus pretiosas horum eorumdem corporum reliquias, quas in ipso etiam tumulo gloriosae efficit propter pietatem consuetum populum ad colendos illorum cineres, & ossa, quae in eis collocari permittit, eorumque sacrum Translationis diem celebrari sollemni cum pompa, & apparatu, ejusque debitum deferri cultum in praesentem honorem, quod Sancti ipsi, dum viverent, Deo praestiterunt.

Nimis procul a proposito mihi argumentum discederem, si hoc in loco probare vellem cultum huius reliquiis debitum; & modum, quo illis reddi permittit Ecclesia. Hoc satis prolixae apud Controversiarum Scriptores invenitur discussio: mihi dicere satis est, hanc vetustissimam esse consuetudinem infinitis comprobata exemplis, & ab antiquissimis Patribus confirmata: quomodo nonnunquam abusus obrepserint, cujusmodi fuit adulterinas pro veris supponere, & earum sacrilegiam negotiationem instituisse, quod Apostata Christiani nonnunquam fecerunt; quod ipsum Haereticis ansam praebuit generatim contra Reliquiarum cultum insurgendi. Ecclesia illas tantum coli jubet, quas citra omnem dubitationem veras agnoscit; quas hac in re cautiones adhibeat, & in his collectionibus causas, & modum illas colendi, videbimus.

DE RELIQUIIS SANCTORUM, EARUMQUE CULTU.

Cultus, qui
adhibetur
Reliquiis
Sanctorum
ostendit,
quid digne
rat homines
praestant
amicis suis;
& quem San-
cti adhibe-
ri debet
Deus post
mortem co-
rum.

HOC intercedit discrimen inter obsequia, quae terrenis Principibus adhibentur, & quae Supremo Caelorum Domino praestantur; quod si primi illi agnoscant eam, quam illis praestantur servitutem, donec vivimus, & adhuc illis utiles esse possumus, raro accidit, ut sensus ita post mortem permanent? vel si quem deserunt honorem memoriae nominis nostri in exequiarum nostrarum pompa; hic honos paucis diebus perleverat, quibus elapsis tumulus ipse, qui tegit corpus nostrum, obruit etiam gloriam nostram oblivione, aeternoque silentio. Sed Deus non solum fidei amicis suis honorem adhiberi iubet, illis videlicet, qui servient ipsi, aeternam illis in Caelis gloriam tribuendo; sed vivunt etiam, ut hac gloria post mortem eorum in terris laudant etiam, & cum Mundi Optimates in oblivione delitefcunt, & nemo eorum sepulturae locum inquirant, & ubi eorum ossa quiescant, sciscitantur: amici Dei e contra, eorum ossa laetantur in Mundo, & nonnunquam contempti fuerunt, exules, & sagitati, non solum in Caelo colantur, & invocantur, sed etiam eorum cineres, & ossa, quae super terram sunt obiectum venerationis populum, ac super terram sunt obiectum venerationis populum, ac super thesaurum Urbium atque Nationum: Quamobrem Propheta Regius dixit, *Nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confectus est principatus eorum.* (Psalm. 138.) Haec autem

duo, quae Deum reddant in Sanctis suis admirabilem: cura, quam ipsius gerit Providentia harum Reliquiarum, efficiendo, ut hac honorentur corpora, quorum sum caro in pulverem redacta est; & virtus atque potentia, quam adiecit his ossibus, atque cineribus pro salute, atque sanctificatione eorum, a quibus colantur. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Quamvis Deus gloriae suae zelotes sit, & pati nequeat eam sibi ab aliquo usurpari, aut dividi cum ipso: illam tamen partitur cum amicis suis in praemium gloriae Mundi huius ab illis contemptis vel gloriae, quam in hac vita illi procuraverunt. Ita enim Deus ipse testatus est per os Prophetae sui: *Quicumque glorificavit me, glorificabo eum.* Et sane felicitas, quam illis preparat in Caelo, gloria dicitur: & dum inimici ejus, qui leges ipsius contemnunt, aeternum erit obiectum opprobrii, quemadmodum illis minatur; isti in aeternum glorificabuntur. Illud vero mirabilius est, & causa ceremoniarum huius diei hac est, quod praeter gloriam, quae fruuntur eorum animae beate in Caelo, & eam, quam relevat corporibus eorum post resurrectionem; perinde ac terminus iste, quem Sapienter Providentia disposuit, nimis procul abest; nunc etiam aliam procurat gloriam accidentalem nonnullis amicorum suorum, & cura, quam gerit efficiens, ut in honore habeantur ipsi etiam cineres, eorumque Reliquiae, tamquam sacra pignora, quae ab aliis fecerint per cultum, & venerationem populum, ut innotescat, quid illi fuerint, & quid aliquando futuri sint, & quod

*Deus San-
ctis post co-
rum mortem
reddidit glo-
riam, quoniam
contempnere-
ram dum vi-
verent prope-
rer amorem
eius.

& quod in presentium quoque sunt in oculis suis. Ostendere inquam vult, quid fuerint; cum enim hic honor illis collatus non fuerit, nisi eo quod illum meriti sunt; & gloria sit in cognitione meritorum personarum aliorum; & eorumdem confessione, nunquam hic pretiosa coluntur reliquiae, nisi habita ratione illius, quod olim fuerint, videlicet Servorum, & amicum Dei, & Sanctorum, qui in hoc terrarum orbe se se super terrena omnia extulerunt per generosum eorum contemptum. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Sancti in corporibus vixerunt, quasi essent extra corpora; vel potius maximum salutis suae obicem in beatitudinis suae instrumentum converterunt. Corpora enim sua subiecerunt; mortificaverunt; & ex illis totidem Spiritus sancti Tempia edificaverunt. Hinc fit, ut Sanctus tanto sit in pretio coram Deo, ut Sanctus Paulus Apostolus loquens de Sanctis legis antiquae, afferat Mundum nequaquam dignum fuisse, qui eos possideret: *Quibus dignum non erat Mundus* (1. Cor. 12.) Ideoque illos extollit super omnia, quae in hoc mundo inveniuntur, super Caros, Syden, elementa, quicquid nostram meretur admirationem. Neque miror, quandoquidem ad producenda haec omnia, quae oculis nostris perscrutari miracula, Deus uno tantum usus est verbo; sed ad Sanctum efficiendum, quot gratias impendit, quot interiora verba, quot affatus, & inspirationes? Sanctis vero quot sustinenda fuerint certamina, quot salutis inimici superandi? ac tandem quot victoriis de semet ipsis reportanda? *Idem.*

Hae ea sunt, quae coram Deo Sanctos commendant. Mundus saepe illos designatus est, dum viverent; quia non oportuit illos saepe etiam illos persecutus esse, & tamquam propter hominum, & plebis abjectionem depexisset, ita enim Apostolus loquitur: *Omnia praeputia usque ad hunc* (1. Cor. 4.) Sed fecit Deus, ut post obitum suum in honore haberetur, & cineribus eorum fieret quaedam reparatio gloriae, inducens homines dicentes in terris id, quod impietate in inferno. *Non inferunt, vitam illorum asserimus* (1. Cor. 13.) *Et facta illorum fuit honor: ecce quando computati sunt inter filios Dei* (1. Cor. 13.) Itaque videntes honorem, qui adhibetur Sanctis hinc Reliquiis, non illas respicere debemus tamquam ossa frigida sine vita, & in pulverem redacta; sed memoria debemus revocare, quid olim fuerint, & ex temporali gloria, quam illis reddidit Deus, conicere, quanti faciat eorum Sanctitatem, quoniam curam habet illorum, eosque considerat etiam in hoc statu glorificationis, in quo futuri sunt usque ad saeculorum consummationem. Hoc, Christiani, in nobis cedere debet estimationem virtutis, & Sanctitatis, videre Deum non solum in pretio habere beatos Servorum, Amicumque suorum animas, fed etiam corpora, & ossa, quae fuit tamquam reliquia Tempiorum, atque Altarium, ubi obdulerunt tot Sanctis Deo viventi, & ubi potius semet ipsos immolaverunt tamquam totidem viventes hostias, ut loquitur Sanctus Paulus. *Idem.*

Nihil in pretio est coram Deo, excepta Sanctitate. Terrenae operis laboratur, ac praevalentur: mundi gloria evanescit: maxima quilibet facta, bellice expeditiones, & quicquid ad Deum non refertur, aeterna obruitur oblivione; Sanctitas vero, minimae adus Christianae virtutis inextinguibile habet pretium. Deus nunquam obliviscitur eorum; & si minus omnibus in hac vita mercedem rependit, hanc in aeternam reservat, ubi aeternam reservat amicum, verisque famulis suis retributionem. *Qui glorificaverit me, glorificabo eum. Idem.*

Sed honor hic, qui modo adhibendus est reliquiis Sanctorum, non solum innot quod fuerunt in vita, ostendit etiam, quid aliquando futuri sunt: videlicet, nobis iode concipiendum est, corpora eorum, quae sunt pars ipsorum, aliquando accessura in partem gloriae beatitudinis animarum suarum, & ossa haec carie deputa, & partim in cineres redacta, resurrexerunt sole ipso lucidiora, ac induta immortalitate, ut loquitur Tertullianus. Quibus verbis hic Pater significat, corpora illorum iam gavisa esse accidentali hac gloria, per sublimationem, quam praestiterunt Spiritui, dum viverent, per alacritatem, & agilitatem, qua Deo servierunt, & per hanc speciem incorruptibilitatis, quam servaverunt in ipso etiam sepulchro, quod fuit veluti accidentalis gloria illis debita, donec illis substantiam recipiant in Caelo, ubi vita immortalis fruatur, vel si mavis, honor, quem in antecessum in Caelis recipiant, pignus est illius, qui illos manet in beata regione; quasi Deus, qui expectare voluit generalem resurrectionem, ad eorum corpora glorificanda, vellet tempus illud praevertere in gratiam gloriosam ex amicis suis, largiens illis aliquam ejus felicitatis particulam, quam illis reservavit. Rationes alibi iustus attulimus: hic autem dico solum, Christianarum actionum praxim non ita propriam esse animarum, ut corpus ejusdem sit expertus, ideoque omni iure careat ad retributionem namque per illud anima virtutes exercuit, quae molestissimae, ac maximi laboris sunt, ejusmodi sunt jejunia, vigiliae, & omnes rigores penitentiae. Equidem scio hanc mercedem differri in finem saeculorum, & generalem corporum omnium resurrectionem: verum sicut in arboribus, antequam fructus pro-

deant, videntur signa quaedam, & species in floribus, ex quibus colligitur, spem nostram inanem, & vacuum non fuisse, cum illas colimus; similiter in expectatione gloriae, ac mercedis, quam corporibus nostris in Caelo reservat Deus, in antecessum aliqua nobis praebet indicia, per honorem, qui illis opera in terris adhibetur ipsis, & qui quoddam est pignus illius, qui eisdem in Caelo paratus est. *Idem.*

Percipere sensu nostro debemus, quamvis futura sit felicitas, quam Deus destinavit Sanctis; si enim adeo gloriosi sunt in nostra hac exili tellure in ipso etiam humilitatis statu, quid futurum est in Patria, & in loco Triumphi sui? Si Deus illis retribuit in tumulo, qui locus est annihilatio nis eorum, quid non reservat illis in beato illo statu, in quo lacrymas illorum absterget, & labores eorum consolabitur? Non tam de gloria corporum, quam animarum intelligenda sunt illa Sancti Pauli verba: *quod scilicet non vidit, nec oculis audit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus his, qui diligunt illum*. Ita Prophetia, a quo mutatur sumus verba, usus est vocabulo, quod hyperbolicum, nescio quid, sapere videtur: *Nimis honorati sunt amici tui Deus*; (Psalm. 138.) Honor, & gloria quam illi recipiant ad excessum pertingit: breve tempus fuit laborum suorum, requies autem erit aeterna: passionis illorum leves existerunt, illi vero quodammodo torrens volupatum inebriabuntur eorum abjectione, & humilitate tanta fuit, ut in pulverem redigerentur: sed aeterno gloriae immortalis pondere obruuntur: *Nimis honorati sunt*; & jam videmus in hoc etiam Mundo, honorem, & cultum qui adhibetur illis, excedere quicquid praestatur Regibus, ac Principibus terrae: In honorem ipsorum Tempia aedificant, Reliquias eorum in altariis colunt, Reges ipsos, & Mundi Optimates coram illis procumbere, suasque coronas pedibus eorum subducere. Ita, Sanctus Augustinus ait, vixit est primi Christiani Imperatoris Marci prostrata coram omnibus pauperis picatoris. Simili pacto nostri potentissimi Reges vixi sunt genia flectere ante reliquias simplicis puellae Custodis ovium; & in Ecclesiastica Historia legitur potentissimos Monarchas ad specum suo dignatos fuisse caeremonias translationum eorum corporum, quae pro Sanctorum corporibus ab Ecclesia probata, & recognita, ad fidei magnis laudibus transferenda curantur, ut haberentur ditionum suarum Patroni, postquam is honoribus fuisset excepti, qui illis quatenus famulus, & amicis Dei, debebantur. *Idem.*

Adspiciunt autem gloria, quam reservat Deus corporibus, Beatorum in vita altera, & honor quem in antecessum tribuit illis in hac, quam nos excitabit, ad aliquid propter amorem Dei sui perferendum? Tot moniales hodierna die sunt corporum suorum idololatras, aetate intenti turis illorum palcendorum, atque inducendorum, nec non procurandorum commodorum, & solatia. Hec si tantopere diligunt illa, cur non illis beatam procurant aeternitatem? Cur omnium eorum cura in hac vita coram Deo, quia illi quaerant, quod postmodum futurum sit? Hocne est vere illa diligere, aeternam eorum quaerere calamitatem, postquam fluxum, fragilemque in hac vita illis procuraverint oblationem? Non ita, Sanctus Augustinus ait: illi soli vere diligunt illa, qui aeternam illis gloriam procurant, eaque in terris mortificant, ut illis comparent societatem gloriae in Caelo cum anima. *Idem.*

Si honor, quem Deus semper haberi voluit Sanctorum Reliquiis, nobis in memoria revocat ejus, quod olim haec fuerunt corpora, & efficit ut cogitemus, quid futura sunt aliquando: probat etiam invicem, nunc quoque coli posse in eo statu, in quo sunt, & Ecclesiae menti adversatur, qui in dubium revocat, an haec reverentia, & cultus illis debeatur. Videtur profecto, Christiani, haec pars esse infirmior argumenti mei; videmus enim has Reliquias, quas Sanctas vocamus, & quatenus tales veneramus, revera non aliud esse, quam ossa & cineres, & reliquias corporum particulas, quae putredinem evalesce: Quid in speciem abjectius, quid minus aptum ad hominum estimationem conciliandam! Haec immo scandalum occasio est temporis huius hereticis, qui nobis criminantur id, quod obiectum constituit singularis providentiae Dei, quemadmodum asserit Regius Prophetia: *Custodit Dominus omnia ossa eorum*. (Psalm. 33.) Sed illorum haec in re error satis confutatur est auctoritate, & exemplo praecipuorum Patrum Ecclesiae. Sanctus Hieronymus illum impugnat in libris contra Vigilantiam; Sanctus Ambrosius cultum hunc supponit tamquam constitutum, & universi ab Ecclesia probatum; quandoquidem ipse quoque sollemni pompa, & magnificentia digna pietate ipsius coluit Corpora Sanctorum Nazarii, & Celsi, & Sanctus Augustinus, qui testatur se adfuisse translationi reliquiarum plurimum Sanctorum, verba facit de cultu, qui in Africa tota praestatur lyptanis Proto martyris Sancti Stephani: Et Sanctus Gregorius non minus insignivit pietatem suam per honorem, quem ubique Sanctorum reliquiis adhiberi jubebat. In quatuor Ecclesiis Latinae Doctores, qui tenent, cultum hunc illis adhiberi posse, & illum ipsam adhibere. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Neque aliter senserunt Patres Ecclesiae Graecae, & satis est legere ea quae a Sancto Chrysostomo de Sancto Babyla, & quae

Ex honore, qui Sanctis reliquiis adhibetur, iudicari debemus, quid gloriae, & honoris eorumque corpora repleantur.

Adspiciunt autem gloria, quam reservat Deus corporibus, Beatorum in vita altera, & honor quem in antecessum tribuit illis in hac, quam nos excitabit, ad aliquid propter amorem Dei sui perferendum?

De honore, qui Sanctis reliquiis adhibetur.

Sententia patrum Ecclesiae Graecae de Sanctis reliquiis.

quae prima Concilia Nicenum, & Gangrionum statuerunt; quae Graeci, Latineque Patres saeculorum primi, & secundi scripterunt haec de re, & inter ceteros Tertullianus, & Sanctus Cyprianus testes oculares eorum, quae temporibus suis fiebant: perinde ac si quod Ecclesia Graeca, & Latina docet calamo primorum horum Doctorem, definitione primorum Conciliorum, & constantis praestis primorum saeculorum, quae in praesens usque tempus vixit, & exemplum eorum, quos ipsi etiam Haeretici Sanctos, Magnosque Vires in Christiana Religione floruisse fatentur; perinde ac si, inquam, haec omnia praefata non essent sententia VVices, Lutheri, aliorumque nonnullorum, qui Religioni sacrificium se fecisse putant, absumentes igne pias reliquias tot Martyrum, eorumque cineres in ventum proficientes. Qui illos audit, haec illorum gloriosissima est expeditio, & opus extremum praestare ipsorum reformationis, Sanctorum Cultum abolere. *Idem.*

Impietas, quae ne Sanctissimis quidem parcat Mysteriis, ubi de Reliquiis agitur, triumphare videtur, tamquam in argumento, quod aniam prebet illorum censuram, & irrationi plurimum, in quibus victim, & licentia omnem fere religionis sensum suffocant. Nos autem Christiani, quamvis in his lyptanis nihil videmus nisi cineres, & ossa arida, illa intuemur tamquam reliquias horum corporum, quae olim animata fuerunt Sanctis animabus, quae modo in Caelo sunt, & tamquam monumenta fumorum virorem, quorum alii Sanctionem suam effuderunt pro fidei defensione, & alii viventem fecerunt monumentum pro penitentia severitate, & alii denique laboribus consumpti sunt, ut populus erudirent, eosque adducerent in cognitionem, & amorem viri Dei. Fateor equidem, modo non fuit nisi ossa carie confecta, luxata, & seculata, & si placet semiputrescentia; sed illa intueri debemus, tamquam camenta temporum dirutorum, quae sunt adhuc augusta propter Ministerium, in quo olim interposita fuerant: cumque illa vidige in altariis nostris exposita, mihi videor posse illis dirigere haec Prophetia verba: *Ossa arida, audite verbum Domini*. (Ezech. 37.) Ossa quidem, licet arida, audite verbum Domini: anima vestra qui olim conjuncta fuistis, modo in Caelo est; ubi juges concinit laudes Deo expectant, ut aliquando vos iterum cum illa coniungamini: Sed quandoquidem divite iustitia postulat ordo, ut adhuc in terra maneat, audite saltem laudes, quas per occasionem vestram illi tribuimus, eo quod sese adeo praebuerit admirabile in Sanctis suis. Sed illustres, & gloriose reliquiae! Facite etiam aliquid amplius praeterequam audire laudes, & benedictiones, quibus illum cumulamus. In caput nostrum deatrabite gratias ejus, & beneficia per eam potentiam, & auctoritatem, quam vos animae Sanctae habetis apud Deum. Hoc innuere voluit Regius Prophetia per illa verba: *Nimis honorati sunt amici tui Deus*; nimis confutatur est principatus eorum. (Psalm. 138.) *Auctor Idem.*

Deus vulgo gratias, quas nobis largitur, modo concedit precibus, & illi vicissim pro aliis fundimus; & modo petitionibus nostris in gratiam amicum suorum, qui suam apud illum auctoritatem, & potentiam ostendunt per ea beneficia, quae nobis quotidie obtinent. Dico autem hoc saepe fieri in gratiam Reliquiarum Sanctorum 1. Civitatis, & nonnullarum populo universo per singulare patrocinium, quod haec sacra pignora illis promerentur. 2. Personis piis, quae illa singulari cum pietate, ac fiducia reverentur; & 3. ipsis etiam nequissimis peccatoribus, quandoquidem nihil validius est ad illos impellendos, ut vicia rationem mutant, quam exemplum eorum, quos haec Sanctae Reliquiae oculis ipsorum subiciunt. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Populorum has pretiosas Reliquias possessionem sensus est, considerare, & invocare Sanctos, qui illis ipsis reliquiae, vel eorum lyptana divina illis concessit providentia, tamquam Patronos, & Mediatores suos apud Deum, & non pauci sunt etiam, qui hanc protectionem sentierunt per insignes effectus, & saepe etiam per manifesta miracula. Hoc mihi in mentem revocat, quod legitur in Scripturis: Cum Populus Dei de Aegypto egressus est, peculiarem habuit curam deferendi secum ossa Patriarchae Joseph, quae in toto illo itinere conservavit, tot inter rerum discrimina, & pericula. Passum hoc omnis cognovit, & ab ipsa Veritate comprobatur. Sed notis, cur iusserit Deus, Moysen curam suscipere? Non faman, ut nonnulli Sancti Patres inquit, ne ossa illa remaneret amplius in regione idolorum cultus, ubi carissent honore, quem Dei Populus illis adhibebat, sed praestitum, ut afferant alii, utcumque Israelitis tradenda essent horrentia deserta, ac terribiles hostes superandi, antequam vitam sibi fecerent in terram promissam: verbo, cum plurima illis obunda essent pericula, haberent in hoc sacro deposito, pignus, & vadimonium protectionis Dei, qui eduxerat illos de Aegypto. Ita illi certi erant cum sacra illa reliquiae eadem obirent pericula, quae ipsi, in tanta bellorum varietate, Deum suum illud depositum tuentem, illos etiam tuturum in ejus gratiam, & ipsos illud tamquam clypeum opposituros esse omnibus hostium incuribus. Hoc ipsum dicere possumus, Christiani, de his pretiosis reliquiis, quas ob oculis habetis: haec sunt certum pignus protectionis Dei: anhelamus non secus ac populus Israel ad terram promissam; sed heu!

quot nobis sustinenda sunt praecia? Quot superandi inimici? Quot evitanda pericula? Sed Sacrum hoc depositum vobis Celi protectionem spondet; & hac sententia alte adeo impressa fuit in mente populorum, ut pauci sint inter Christianos, qui non sibi aliquem huiusmodi protectorem elegerint. *Idem.*

Cum populi reliquias, vel aliquam insignem corporis partem possident, ad Sancti illius preces in publicis necessitatibus perferunt; et quae obicunt furori hostium armorum, tamquam vallum aliquod, quo se ipsos tuerent. Quamobrem Sanctus Chrysostomus inquit: *Ossa Sanctorum tamquam turretes, muniunt Ecclesiam*. (De vita S. Bayle), quod afferunt etiam Concilia Nicenum, & Lateranense sub idem fere tempus; & Ecclesiastica Historia scaturit exemplis auxiliis, quod Caelum in eorum gratiam concessit. Hinc factum est, quod in primorum Fidelium idiomate, id genus Reliquiae vocarentur *Patrocinia*, pignora, archae validae protectionis. Sufficit mihi Sancti Joannis Chrysostomi testimonium, qui magnam sermonis partem, habiti in translatione Martyrum ex Aegypto Constantinopolim, occupat veritatem hanc probaturus, praefertens asylum hanc manibus, & urbium propagandis: *Sanctorum corpora quavis adamantinis, & inexpugnabili muro tutius nobis urbem communiunt*. (In laud. Martyrum Aegyptii). Quis ergo me prohibebit, Fideles, quo minus dicam, Sanctas Reliquias, quas in hoc Templo possidetis, simul esse thesaurum vestrum, periculum, ac propugnaculum? Quamvis enim Deus non semper nisi iuxta operetur miracula, alia non desunt, quae quia nos latent, non ideo minoris faciendi sunt. Quis enim asserit Sanctorum preces non detorsisse a capitibus vestris flagella ira Dei, cum sumptus poenas de gravissimis, publicisque sceleribus, jam jam moliebatur immittere atramentum, bellum, famem, messem sterilitatem, aliaque mala, quibus solet poenas de hominibus in hac etiam vita repescere? Deus aliquando nobis significabit, & procul dubio ad nostram pertinet utilitatem, haec subsidii genera experiri, quae a nobis impenduntis detorqueant mala, quam Sanctorum opo liberari, postquam acciderunt. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Sed quandoquidem quilibet privatus facilius propriis movetur utilitatibus, quam publicis, dico favores, quos singuli expectare possunt, nobis ostendere, quantum diligit Deus hac pretiosa deposita; & Magnam Concilium Nicenum, quod probat, & commendat cultum reliquiarum, nobis vadimonium praestat potentiae, & auctoritatis Sanctorum, quorum sunt haec pretiosae reliquiae apud Deum, illas vocant *fontes salutis*; & vere admirabiles curationes, quas dignatus est Deus illis largiri, qui eas petierunt in eam gratiam, & quas adhuc largitur largitur, ostendunt hos vere inexhaustos esse fontes beneficiorum. *Idem.*

Omnis & magno auctore est humana fides, neganda sunt acta probatissima, ac fidelissimi testes improbandi, ut fustineamus tot curationes ad Sanctorum tumulos factas in gratiam reliquiarum eorum, totidem esse calumnias ad fallendam populorum credulitatem, & alendam simplicitatem; haec potius est iniquissima ludificatio, quam Religiois inimici adhibuerunt. Et tunc quis mendacii audebit arguere Sanctum Augustinum narrante admirabiles curationes, quas ipse oculis suis usurpavit in translatione corporum Sanctorum Gervasii, & Protasii, vel Sanctum Ambrosium in his, quae scripta reliquit tamquam testis oculis miraculorum Sanctorum, quorum reliquias conservabat summo cum honore in Ecclesia sua, & qui fidele perhibet testimonium beneficiorum, quae sese extendebant usque ad finitimos populos, & ad eos praestitum qui Sancta haec corpora venerantur? *Non laudat, sed*, inquit ille, *quod diffunditur meritis*. Invenisti ubique Martyrem, ubique te exaudi: ille, qui honoratur in Martyre. (Serm. de SS. Mart. Nazario, & Celso). Falsi nomine intimidandus erit Sanctus Gregorius Turonensis ob ea, quae scripsit de Sancto Martino Magno? & si huiusmodi ludificationem praetulerit locus, quae in Mundo reliqua fides erit, & quid certum erit, neque dubitandum? *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Sin autem dixeris, Miraculosa huiusmodi curationes, alia quae beneficia, quae Reliquiarum virtuti tribuimus, esse infrequenter, ac rariora hodierna die, quam olim extiterint, non inde oritur fideles perinde ac Sancti, quos colimus in quibus fides pretiosior reliquiis, non eadem habeant virtutem, quam semper habuerunt apud Deum; sed inde oritur discrimen, quod ipsi minorem habemus fidem, minorem fiduciam, minorem Religionem. Qui se spiritus fortes iactant, & nil credunt, nisi quod vident, illa videre non merentur, illorum curiositas non minimus est obex, ne sublevari possint isti deflatus; & licet haec miracula in oculis insilirent, ut ita dicam, nec aliquis illa inficari posset, stupor, & admiratio sola fractus esset, qui inde perciperetur, quemadmodum inquit S. Augustinus de Iudaeis: quia, quae Mundi Salvator operabatur, mirabantur quidem; sed non convertabantur. Sed petamus gratias spirituales, quae nobis sunt magis necessariae, & quae longe plurimi faciendi sunt; petamus virtutes, & victoriam de vitiis nostris: haec certissime impetrabimus per virtutem pretiosiorum horum pignorum; quae in hoc potissimum sensu sunt gratiae, & salutis, & subsidii contra inimicos supernae nostrae felicitatis, S. Joannes Dama-

Populi ad Sanctorum reliquias in publicis necessitatibus perferunt.

Beneficia, quae privati obtinent per protectionem Sanctorum, quorum cultum colunt.

Fides huiusmodi est miraculosa, quae fuit per intercessionem Sanctorum, quorum fuit reliquiae.

Miracula Sanctorum sunt quoniam infrequenter, ac rariora hodierna die, quam olim extiterint.

